Matt.7 illi,a' quibus,ut caueamus Saluator nr̃os oĉs admonet,dicens: Attendite à falsis prophetis,qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium: intrinſecus aũt ſunt lupi rapaces. Ab his oĩbus lupis debent ep̃i ſuas oues tueri,ne ab illis læd̃antur. A' tyrannis,& alijs perſecutoribus debẽt illas defendere,non permittentes illis, ut ſubditos ſuos iniuſte uexent, aut illis importabilia onera imponant, aut immoderata exigant tributa, aut quaſcunque iniuſtas inferat moleſtias. Etſi Reges, aut Principes, aut alĩ quicunque Domini,horum aliquid facere tentauerint, epiſcopi illis reſiſtere tenentur,eorum audaciam reprimere,& duris illorum conatibus obſiſtere debent, ar-
2.Ti.4 guendo,obſecrando,increpando(ut ait Paulus)in omni patientia,& doctrina. Ab hęreticis etiam defendere debent oues ſibi cõmiſſas,ne ab illis ſeductæ in errores,et
Titi.1. hæreſes uarias ducantur. Ob hanc.n. cauſam Paulus docet oportere epiſcopum eſſe doctũ,ut potens ſit exhortari in ſana doctrina, & eos, qui contradicunt arguere. Oportet, ut populum exhortetur in ueritate fidei manere,& hæreticos contradicentes apertis rationibus conuincat. Quotus tñ nunc eſt epiſcopus,qui id nunc facere audeat? Tam rarus eſt quiſquis talis eſt epiſcopus,ut merito de illo poſſet illud Satyrici poetæ dici.

Rara auis in terris,nigroq; ſimillima cygno.

Reliquis igitur omnibus,qui id facere,aut negligũt,aut timent,dici poteſt id, quod dñs malis ſacerdotibus ex-
Ezech.13 probrauit olim per Ezechielem ꝓphetam dicens. Non aſcendiſtis ex aduerſo,neque oppoſuiſtis murũ pro domo Iſrael,ut ſtaretis in prælio in die Domini. Quæ ver-
Grego. ba interpretans beatus Gregorius lib. 2. Paſtoralis,cap. 4. ait: Ex aduerſo quippe aſcendere,eſt pro defenſione gregis uoce libera huius mundi poteſtatibus contraire. Et in die Domini in prælio ſtare,eſt prauis decertãtibus ex iuſtitiæ amore reſiſtere. Paſtori enim recta timuiſſe dicere,quid eſt aliud, quàm tacendo terga præbuiſſe? Qui nimirum ſi pro grege ſe obĵcit, murum pro domo